Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Et scio quia mandatum eius uita eterna est.
Ue ergo loquor: sicut dixit michi pater sic loquor.
Omne datum Dnica·uiii· iacobi·a·
Optimum·et omne donum perfectum de
sursum est descendens a patre luminum: apud
quem non est transmutacio nec uicissitudinis
obumbracio. Uoluntarie genuit nos uerbo
ueritatis: ut simus initium aliquod creatu-
re eius. Estote fidelis mei dilectissimi. Sit autem
omnis homo uelox ad audiendum: tardus au-
tem ad loquendum·et tardus ad iram. Ira enim
uiri: iusticiam dei non operatur. Propter quod
abicientes omnem immundiciam et habundan-
tiam malicie· in mansuetudine suscipite insi-
tum uerbum·quod potest saluare animas uestras.
In illo tempore: Dixit·i·d·s·. Ego ad ad s·iohem·
eum qui me misit: et nemo ex uobis interro-
gat me quo uadis. Sed quia hec locutus sum
uobis: tristicia uestra implebit cor uestrum. Sed ego
ueritatem dico uobis: expedit uobis ut ego ua-
dam. Si enim non abiero paracletus non uenie-
et ad uos: si autem abiero mittam eum ad uos.
Et cum uenerit: ille arguet mundum de peccato·et
de iusticia et de iudicio. De peccato quidem: quia
non crediderunt in me. De iusticia uero: quia ad
patrem uado·et iam non uidebitis me. De iudicio